

Dissertatio medica inauguralis quædam de amaurosi complectens : quam de ... pro gradu doctoris ... / eruditorum examini subijcit Georgius Augustus Borthwick.

Contributors

Borthwick, George Augustus.
University of Glasgow. Library

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebant Abernéthy & Walker, 1808.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/x9barm7g>

Provider

University of Glasgow


License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**


Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>







498-1887


Cc 4 - C . 30





Fl - e - 14 -

















Digitized by the Internet Archive
in 2015

<https://archive.org/details/b24967646>









DISSERTATIO MEDICA

IN OPHTHALMIA

QUERNA

AMAUROSI

COMPLICATA

DISSERTATIO MEDICA

IN ANATOMIA

OSTEAE

DE

AMEROSI

AVTHORE

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

QUÆDAM

DE

AMAUROSIS

COMPLECTENS.

DISSERTATIO MEDICA

DE

ANALYSE

AMALURSI

DISSERTATIO MEDICA

DE GEORGE HALL, M.D.

IN AUREA

GEORGE

ANALYSE

DE GEORGE HALL, M.D.

IN AUREA

AMALURSI

DE GEORGE HALL, M.D.

IN AUREA

DE GEORGE HALL, M.D.

IN AUREA

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
QUÆDAM
DE
AMAUROSIS
COMPLECTENS;
QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,
D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;
NEC NON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET
NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;
Pro Gradu Doctoris,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;
ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT
GEORGIUS AUGUSTUS BORTHWICK,
HIBERNUS,
CHIRURGUS,
SOCIET. REG. PHYS. EDIN.
NEC NON
SOCIET. PHYS. CHIRURG. DUB.
SOCIUS.

VIII. Kalendarum Julii, horâ locoque solitis.

Τὸν περὶ μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθὸν τε κακὸν τε·
Ὀφθαλμῶν μιν ἄμειρσε, δίδου δ' ἡδεῖαν αἰοῖσθην.

Hom. Odys. Lib. viii.

EDINBURGI:
EXCUDERANT ABERNETHY & WALKER.
1808.
c

DISSERTATIO MEDICA

JOHANNI PORTWICK

AMALIOSI

D. GEORGI BAIRD, S. T. P.

AMPLISSIMI SENATU ACADEMIAE CHRISTIANAE ET

UNIVERSITATIS ALMAE MATRIS VINDOBONENSIS

PHYSICAE ET MEDICINAE

PROFESSORIBUS

RECTORIBUS

ACADEMIAE

PROFESSORIBUS

RECTORIBUS

ACADEMIAE

PROFESSORIBUS

RECTORIBUS

ACADEMIAE

PROFESSORIBUS

RECTORIBUS

ACADEMIAE

PROFESSORIBUS

RECTORIBUS

ACADEMIAE

PROFESSORIBUS

RECTORIBUS

ACADEMIAE

PROFESSORIBUS

RECTORIBUS

ACADEMIAE

IOANNI BORTHWICK,

DE CROOKSTON,

ARMIGERO,

AVUNCULO SUO CARO,

PROPTER BENEFICIA,

IN SE SUOSQUE

NUNQUAM OBLIVISCENDA

COLLATA ;

HANC DISSERTATIONEM,

EXIGUUM TAMETSI SINCERUM

SUMMÆ OBSERVANTIÆ

TESTIMONIUM,

D. D. D.QUE

AUCTOR.

IOANNI BORTWICK

DE CROSTON

ARMANDO

GIORGIO BORTWICK, M. B.
AVUNCIU. 2ND CLASS

PROFESSOR M. B. 1881

IN SE. 200-011

NEWGAM CHURCHMAN

1881

CUCLATA

NEWGAM CHURCHMAN

HANC DISSEMINATIONE

EXCITAT. JAMEN. SINGEN

STIM. A. OBERV. 1881

TESTIMONIUM

D. B. 1881

AUCTOR

DISSERTATIO DE
GEORGIO BORTHWICK, M. D.

PATRI SUO DILECTO,

HASCE PAGINAS

SACRAT

GEORGIUS AUGUSTUS BORTHWICK.

————— But thou
Revisit'st not these eyes, that roll in vain
To find thy piercing ray, and find no dawn;
So thick a drop serene hath quench'd their orbs,
Or dim suffusion veil'd.

MILTON's Parad. Lost, B. iii.

For John Thompson Esq. M.D.
The Author
as a small token of the sincere
gratitude and esteem, which the
Author must ever entertain, for
the many and repeated kindnesses,
which he has experienced from
D. T. during his residence in Edin'.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

QUÆDAM

DE

AMAUROSI

COMPLECTENS.

OCULUS, organorum omnium corporis humani, nullis pulchritudine, et perpaucis utilitate concedit. Dum per faciem sublimitatem diffundit, auctoritatis mandata promulgat, iracundiæ ardore micat, radiis benevolentiae splendescit, et tragulas jaculatur amoris. Eximiâ visionis facultate, Creatoris opera omnipotentis, ubique terrarum voluptate contemplamur, atque, ut dixit cel. DES CARTES,

per hanc admirabilem pilam et scapum, diametro vix pollice, millies millibus passuum in interminatam spatii capacitatem penetrare, maximamque longinquorum planetarum, distantiam atque magnitudinem, computare possumus. Sed ut oculus tam exiguus est, ita multis casibus pateat, morbosque plurimos mira fabricæ varietas inducit. Ex his haud rarissimè Amaurosis * occurrit; qui morbus, sic apud CULLENUM definitur :

*“ Visus imminutus, vel prorsus abolitus, sine
“ vitio oculi evidente ; plerumque cum pupilla
“ dilatata et immobili †.”*

* Amaurosis sic dicta, a Græco, ἈΜΑΥΡΟΣ, obscurus; quondam “Gutta Serena” quoque, et “Cataracta Nigra” vocabatur; sed hæc nomina, theoriâ causarum morbi falsâ derivata, hodiè meritò rejiciantur.

† Synop. Nosol. Cl. iv. Ord. i. Gen. xciii.

Quatuor species, loco citato, enumerantur,

I. AMAUROSIS (*compressionis*) post causas, et cum signis congestionis.

II. AMAUROSIS (*atonica*) post causas, et cum signis debilitatis.

III. AMAUROSIS (*spasmodica*) post causas, et cum signis spasmi.

IV. AMAUROSIS (*venenata*) a veneno ingesto, vel applicato.

Duæ primæ species tantum, compressionis nempe et atonica, præcipue observatæ sunt; illis, multa sine errore, alteræ forsan includantur; et quoniam amauroseos species, plerisque auctoribus *perfectæ* et *imperfectæ* usitatus appellatæ sunt, in hisce paginis, sic eas dignoscere lubet.

DE AMAUROSEOS HISTORIA.

Hic morbus, qui sexui nulli nec ætati par-
cit, pedetentim, et sedato nisu aggreditur.
Dolor capitis levis et obtusus primo sentitur,
oculi usu citius solito fatigantur, et clarâ
luce incommodantur; visus indies deficere
percipitur; muscæ, scintillæ, atque variis ma-
culæ coloribus, sæpe ante oculos volitantes
apparent; dolor capitis modo cruciatum ex-
citât, et oculorum globi sensu turgiditatis, et
multo dolore afficiuntur; motus eorum tardi
sunt, nec raro tremuli, unde omnia ægro
contremere videntur; molesta palpebrarum
nictatio, atque superioris elevandæ incapaci-

tas, hoc stadium morbi plerumque comitantur; nares ex membranæ Schneiderianæ secretionis solitæ defectu, aridæ sunt; pupillæ gradatim dilatatæ* fiunt, et immobiles, minime lucem splendidissimam sentientes; strabismus nunc sæpe accedit; ingravescente morbo vertigo, tinnitus aurium, stupor et oblivio aggrediuntur; et fundum oculi, pallor cornei coloris, occupat; dolor capitis nunc sæpe remittit, et per aliquod temporis omnino cessat; animi vires dejiciuntur, totumque corpus languescit; haud longo post tempore eadem utrosque oculorum cæcitas obumbrat; et sic per reliquum vitæ, miserri-
mus æger, atrâ caligine mersus, toto quasi orbe excludi, sortitur.

* In quibusdam casibus, sed rarissime, pupillæ omnino contractæ, et margine quasi fimbriatâ, observatæ sunt.

————— “ Thus with the year
 “ Seasons return ; but not to me returns
 “ Day, or the sweet approach of even or morn,
 “ Or sight of vernal bloom, or summer’s rose,
 “ Or flocks, or herds, or human face divine ;
 “ But cloud instead, and ever-during dark
 “ Surrounds me, from the cheerful ways of men
 “ Cut off, and for the book of knowledge fair
 “ Presented with an universal blank
 “ Of nature’s works, to me expunged and rased,
 “ And wisdom at one entrance quite shut out.”

MILTON’S *Paradise Lost*, Book iii. l. 40.

Secunda species (*imperfecta dicta*) sequente
 modo symptomata plerumque manifestat.
 Morbus, perfectâ specie multo celerius, adori-
 tur ; dolor capitis minus acerbus est ; nulla
 oculi injuria (pupillæ dilatatione pretermisâ)
 notatur ; nec in omni casu, retina sensu or-
 bari videtur, nam luce vividâ admissâ, pupil-
 læ motus, quamvis modici, satis tamen con-
 spicui manent. Muscæ volitantes frequen-
 tiùs in hac specie notantur ; atque æger
 colores aliaque objecta, facilè discernere
 potest.

QUÆ MORBUM FACIUNT.

AMAUROSIS perfecta, ex cerebri vel nervorum opticorum compressione, originem ducit. Sic omnes capitis injuriæ, præsertim cranii depressione comitatæ; tumores varii, ut exostoses, et glandulæ strumosæ nervis opticis incumbentes*; serum† in ventriculis vel sub basi cerebri effusum, hydatidæ‡ et concretiones calculosæ, factâ compressione, hunc morbum excitâre.

* BOERHAAVE, de Morb. Oculor. C. iii. § 3.

† ZINN, Descript. Ocul. Human. C. xi. § 6.

‡ BONETI, Sepulchretum Anatom.

In nonnullis casibus, præcipue si palpebra superior difficultate levetur *, nervi optici, circuli arteriosi dilatatione, comprimi putantur; et eodem modo, arteria centralis retinae, si justo plenior sit, nervi substantiam pervadens, ejus injuriam ex necessario efficiet. Denique, omnia, quæ qualicunque modo, sensorii compressionem adjuvant, amaurosin perfectam induxisse videntur.

Species imperfecta morbi, multas quoque causas agnoscit. Retina, magnâ vel repentinâ luce, ut aurâ electricâ, fulgure, vel solis radiis potissimum nocetur. “DIONYSIUS †
“ Siciliæ tyrannus, domum super carcerem
“ construxit clarissimam, ac longe splendidissimam, calce illitam. In eam domum, postea qui diutissime carcere infimo fuissent conclusi vinctos ipsos sursum educebat, qui ex

* WARE on Amaurosis.

† GALEN. de Us. Part. Lib. x. Cap. 3.

“ multa ac profundâ caligine in splendidam
“ lucem egressi, lucem quidem erant cupidi
“ intuituri, intuiti vero occæcabantur lucis
“ splendidæ occursum repentinum ac con-
“ fertum non ferentes.” “ Bombardæ explo-
“ sio, dicto citius, induxisse cæcitatem fer-
“ tur.” Opifices qui capite inclinato, minu-
ta opera tractant, retinæ debilitati sunt præci-
pue obnoxii; et illi, (heu! infelices), noctes
atque dies sapientiæ assiduo labore cultores,
(inter quos, poëta noster MILTON immorta-
lis, exemplar luctuosum præbet), etiam vitæ
meridie, fata crudelia lumine orbat, plorave-
re. Quædam narcotica, ut opium, atropa bel-
ladonna, conium maculatum, aconitum neo-
montanum, stramonium, &c. in ventriculum
ingesta, hunc morbum protulere. Venena
metallica, ut* plumbum et arsenicum similes
exercent effectus.

* Hujus veneni usum in cosmeticis, amaurosis secuta
est. Vide HALLERI Disput. Chirurg.

Hæc species haud raro ut affectio symptomatice in apoplexiâ, epilepsiâ, vel hysteriâ adorta est, necnon ex sanguinis in cerebro congestione, ut post nixus violentos, vel evacuationum usitatum cessationem; et recentiore memoriâ, amaurosis imperfecta sordibus ventriculi et intestinorum*, præclaris auctoribus omnino attributa est. Mens dejecta, atque corpus infirmatum nonnunquam amaurosi conducere; et quicquid, ni fallor, vim circulationis debilitat, nervorum quoque (tanta est per systema concordia) comminuet; et nonne hinc, eorum, qui ratione jamdudum præclusâ, ebrietate atque libidine vesanâ bacchantur, visum imminutum, imo etiam unamquamque facultatem pravam, enervemque videmus?

* RICHTER, SCHMUCKER, SCARPA.

CAUSA *proxima* amauroseos, adhuc multâ obscuritate involvitur, quam, nunc nec explicare nec amovere queam; dicitur, retinæ insensibilitas esse, cum nervi optici paralyti.

DE DIAGNOSI.

IN primis stadiis, dum adhuc pupilla pellucida, et mobilis maneat, haud facilè ullo alio oculi morbo, amaurosis habeatur; sed in provectiore morbi gradu, diagnosi nonnunquam quæstio perobscura videtur. Pallor ad oculi fundum, cataractæ sæpe similitudi-

nem inducit; istis præsertim cataractis, quæ adhæSIONIBUS iridem inter et lentis capsulam, ideoque pupillis fixis, comitantur: sed hic meminisse valebit, opacitatem in cataracta, magis anteriora versus quam in amaurosi sitam esse; et præterea, si super corneam, hyoscyami infusum stilletur, aliquos motus iridis, etiamsi partiales sint adhæSIONES, excitare possumus; sed nullas tales in amaurosi vires, hyoscyamus exercet. Inter cæteros et amaurosin morbos, symptomatum historia, et oculi accurata inspectio, plerumque ad opiniones dirigendas sufficient.

QUORUNDAM SYMPTOMATUM RATIO.

Pupillæ dilatatæ. Iridis mobilitas plerumque inter medicos, retinæ sensibilitati attributa est; et quo magis minusve luci oculus sit expositus, eo quoque illius membranæ motus consentanei prorsus dirigi videntur*. Hinc in amaurosi, (nervi optici paralysi) mutuo consensu inter retinam et iridem interrupto, hujusce motus, multum imminuti, si non penitus aboliti sunt. In aliis quibus coma morbis adsit, hoc pupillæ dilatationis

* Vide FONTANA, Mot. dell' Iride, p. 7.; et HALLERI, Experimenta.

phænomenon, satis abunde confirmatur. In perpaucis casibus iris omnino motus ejus retinere videtur, quod aliqui, de nervorum ciliarium uveam suppeditantium, potestate propriâ, pendere volunt *. Dolor capitis, tinnitus aurium, vertigo, stupor et oblivio, sunt omnes compressionis sequelæ. Flammæ aureæ, et muscæ volitantes eâdem quoque causâ oriuntur, quæ sunt etiam † experienciâ probata; nam clausis palpebris, atque digitis oculo pressis, similes effectus semper et facile producantur. *Strabismus* in hoc morbo, fortasse ex nervorum compressione, vel in musculos oculi vis eorum diminutione, quare minus ad axes opticos retinendos aptentur, exortus sit. *Pallor*, et ad fundum oculi peculiaris *albedo*, retinæ morbidam fere densitatem indicare existimantur ‡.

* JANIN, Mémoire sur l'Oeil.

† ELLIOT, Obs. on Vision and Hearing.

‡ SCARPA, in Annotat.

DE PROGNOSI.

PROGNOSIS in amaurosi fere semper infausta censetur; nec multa MAITRE-JAN expectavit: sic dixit, “ C’est rechercher la pierre philosophale, que de vouloir chercher des remèdes pour guérir la goutte sereine : cette maladie est absolument incurable*.” Si morbus lente, et ætate propectâ, invaderit, necnon encephali compressionem symptomata jampridem descripta, indicant, eo magis certe, spes in angusto forent; contra vero, quo morbus sit recentior, et præcipue, si af-

* Traité des Maladies de l’Oeil.

fectio tantum symptomata videatur, nec pupillæ motus prorsus aboliti sint, eventum propitiorem sperare licebit. In scrofulosis forsan, cautam semper prognosin tradere oportet; nam sic SAUVAGESIUS * : “ Ipse vi-
“ di, bis in puerulis scrofulosis, amaurosin,
“ etiam subito ingruentem; secto cadavere,
“ inveni glandulam strumosam, nervis opti-
“ cis incumbentem.”

* SAUVAG. Nosolog.

QUÆDAM DE METHODO MEDENDI.

IN primâ specie morbi, duæ sunt indicationes assequendæ, 1ma, Compressionem amovere, vel symptomata sublevare; 2da, Retinæ vires imminutas restaurare.

In primum consilium, quoniam fere semper morbus in initio acutus est, congestui locali totis viribus, evacuationibus, occurrendum est.

Cathartica.—In omni capitis morbo, præcipue plethorâ locali comitante, alvi purgatio

plurimum profuisse notatur. Nam * “ se-
 “ cretionem et fluxum promovet et auget, et
 “ simul majorem sanguinis et vis nervosæ de-
 “ rivationem abdomen versus efficit, motum-
 “ que sanguinis per omnia hujus viscera pro-
 “ movet, et multum humorem tenuem ex
 “ sanguine detrahit, et sic exinanitio genera-
 “ lis fit, et tensionem vasorum, quæ sangui-
 “ nem ubique corporis vehunt, minuit, et
 “ sanguinis ideo impetum temperat, et alias
 “ secretiones et exinanitiones minuit, et ac-
 “ tionem vasorum absorbentium excitat, at-
 “ que intendit.”

In eandem sententiam, CELSUS de amauro-
 si tractans †, dixit, “ Ex quibus nonnulli,
 “ cum aliquandiu nihil vidissent, repentinâ
 “ profusione alvi lumen receperunt.” De
 hac re, hæc habet HIPPOCRATES ‡, “ οφθαλ-

* GREGORY'S Conspect. Med. Theoret. § 1418.

† CELSUS, lib. vi. cap. vi. p. 368.

‡ HIPPOCRATES, Aph. vi. 17.

“ μίῳντα ὑπὸ διαρροῆς ληφθῆναι ἀγαθόν.” Hic varia cathartica enumerare, supervacaneum esset; sed operæ pretium observare est, adeo in amaurosi tubus intestinalis torpet, ut purgantia potentiora, qualia sunt colocynthis, scammonium, aloe cum gambogia, &c. sæpe ad dejectiones promovendas necessaria sint. *Sanguis*, hirudinum vel cucurbitulûm temporibus et pone aures applicatione detrahatur; vel potius, arteria temporali depletio major, pro re natâ, efficiatur. *Vesicatoria* fronti vel sincipiti, temporibus et pone aures maximâ cum utilitate applicentur; et in hoc morbo, superciliis in nervi frontalis cursu, epispastica clar. nostro RUTHERFORD summâ laude * commendantur.

Errhina.—Ad secretionem restituendam, quæ fere semper in amaurosi, membranâ narium suppressa est, hæc medicamina propriâ

* Audi Prælect. Clin.

utilitate administrantur. Talia sunt, nicotiana, asarum Europæum, pulvis ex submuriate hydrargyri et saccharo albo compositus, vel quæ præ cæteris hodiernâ æstimatione tenetur*, pulvis ex subsulphatis hydrargyri flavi parte unâ, glycyrrhizæ partibus quinque; hæc indies quatuor vicibus, naribus est haurienda.

Omnibus supra dictis frustra tentatis, et si ingravescat morbus, ad hydrargyrum confugiendum est; et in ejus usu ad levem oris affectionem persistere oportet; hac intentione solutio muriatis hydrargyri corrosivi, multum et merito laudatur.

Ad secundam indicationem, medicamenta stimulantia et tonica magnas opes suppeditare promittunt. In primis electricitas pariter ac in aliis nervorum affectionibus, plurimum me-

* Vide WARE on Amaurosis.

dicis scriptoribus celebratur* ; et certe in amaurosi, ut stimulus localis sine æmulo existimetur. Scintillæ pertenuës, aut materiæ electricæ rivus continuus, indies circa oculos eliciantur ; haud tamen inconsulte sed summâ cautelâ in omni casu adhibeantur.

Vapores volatiles, ut aquæ ammoniæ vel ætheris sulphurici, ad retinam stimulandam insigni laude commendantur ; et eâdem intentione collyrium ex infuso capsici satis commode usurpatur. Pulsatilla nigricans, anemone pratensis LINN. in manibus cel. STOERCK † morbum sub pessimâ formâ, et longioris diei, in sex ægrotantibus, debellavit. Remedium certe præpotens in pertinaci morbo adhibere suadet illust. CULLENII adhortatio ‡. Flores arnicæ montanæ hunc morbum

* WARE, HEY, CAVALLO.

† LIBELLUS, De Pulsatillâ Nigricante.

‡ Mat. Med. vol. ii. p. 216.

(justo sæpius forsan) sanâsse feruntur. *Tonica*, ut cinchona et valeriana officin. amara, ferri præparata, et ammoniæ carbonas, in amaurosi a nervi debilitate, insigniter profuisse, experientiâ constant; et huc denique, omnia quæ totum corpus roborant, nervosque firmanant, recte referri solent.

De secundæ amauroseos vel imperfectæ speciei curatione, nunc quædam breviter disserere restat. In hac specie, oculorum affectio plerumque symptomatica est; hinc apoplexiæ, epilepsiæ, vel menti turbatæ sæpe supervenit, et hisce morbis amotis, amaurosis quoque recedit. Si in capite sanguinis subitâ congestionem morbus exoritur, corporis depletionem certandum est; si evacuationes solitæ repressæ sint, eas iterum elicere oportet.

Professor cel. SCARPA, amaurosos imperfectam in omni fere casu, sordibus in ventri-


culo et intestinis congestis, attribuit*; et quidem his penitus ejectis, retinæ functiones usitatas, insigni successu restituit. Principio, ventriculus, emeticorum antimonialium usu, saburris exoneratus sit; et post emesin, laxantia ad alvi plenam solutionem exhibere mone-mur. His rite peractis, tonica, et oculi sti-mulantia quæ in secundo prioris speciei gra-du jamdudum enumerata sunt, hic quoque utilissima videntur.

Sic, quæ de amaurosi præcipue sunt digna observatu, quam brevissime potui memoravi; et quamvis in methodo medendi in unâ præsertim specie, adhuc certe plurima desunt, altera tamen sanabilis ex maximâ parte videtur;

* Vide SCARPA on Diseases of the Eyes.

et siquidem in morborum curatione per experientiam (ducem ni fallor fidelissimum) doceamur oportet, consilium medendi quoad ad amaurosin imperfectam pertinet, uti Paviæ professore illustri exercitatum fuit, tam ex ratione quâ indicatur, quam ex insigni quo fere semper successu probatum est, me judice, aliis longe est antefendum.

FINIS.



of the American people in general is to
be a free people, and it is the duty of
the government to protect this freedom.
The government is not to be a tyrant,
but a servant of the people. It is to be
a government of laws, and not of men.
It is to be a government of the people,
and not of a few privileged classes.
It is to be a government of the people,
and not of a few privileged classes.

